



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreae Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum  
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ  
Calvino-Catecheticæ**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Moguntiaë, 1626**

II. An Deus aliqua ratione effingi debeat? id est, an liceat?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35247**

aduersarij, quam nos hic simus veri ac genuini Patrum veterum filij. Quemadmodum sentimus, ita etiam dicimus, cum iisdem S. Patribus apud Bellarminum.

## AD QVÆST. XCV.

## Quid est idololatria?

**C**ALVINVS *Instit. lib. 1. c. 11 § 10. 11 16.* &c. proclamat Romanocatholicos de proptie dicta idololatria; ethnicorum simili.

**MINISTER**, Magistri sectarius, ideo suggillar Excaluinizatoem, de infer-tuncula *ceu Deum* adorare aliud loco Dei: Negatque fieri posse, vt non sit idololatria vel ipsum *Adorare* aliud præter Deum; tamen si id non apprehendatur vt Deus: quod idololatriam faciat actus; non opinio nostra vel scientia. Sicut Phil. 3. *Venter eorum Deus* dicitur. Col. 3. *auaritia idololatria.* Exod. 32. *Vitulum aureum Deus manuum* hominum &c. dicit appellarent **DEVM**, non tamen credebant &c. nihilominus vere erant idololatæ. &c. Ita & Papistæ.

**R**ESPONDEO. Verba dat Minister Verbi inania; & suadere nititur, quem *Docere* deficit. Finis & intentio nostra denominat actum & determinat omnem bona bonum, malum mala; quod vel scholares ethicelli sciunt: norunt quoque theologastri & Calistuli neophyti, posse actum in se esse malum, sed materialiter tantum, si abfuerit agentis intentio mala: posse actum in se bonum materialiter, esse malum formaliter, si ex intentione mala promanarit. Ita res habet cum Adorationis actu, respectu finis: quicquid reclamet Caluinus *Inst. l. 1. cap. 11. §. 9. 16. Venter & auarus.* &c. dicitur idololatra, sicut diuitiæ dicuntur *Mammona*, & Iudas diabolus: Nisi venter &c. pro fine absolute ultimo habeatur ab atheo.

## AD QVÆST. XCVII.

## An nulle ergo fingenda sint imagines, aut simulacra?

**C**ALVINVS *Instit. l. 2 cap. 8 § 17.* contendit secundum Decalogi idola, omnesque imagines excludere. Idem *l. 1. c. 11 § 1. 2.* Ideoque Papistas infamare. §. 3. 5. 6. 7 &c.

**MINISTER** cum Catechismo idem pertendit, moxque quaternas quaestiones.

## I. An DEVS aliqua ratione effingi possit?

**C**ALVINVS *Instit. l. 1. c. 11* toto negat. **MINISTER** cum Catechesi negat. Suadet 1. Quia *Essentia De* est spirit. lis, immensa, & inuisibilis. *Act. 17. 24. 19.* Sic & Patres Orig. Aquinas, Bell. idemque ait Damasc. l. 4. de fide cap. 17. infigurabilis.

2. Bellar. l. 4. c. 8. fatetur, Qui Deum perfecta similitudine formæ ac naturæ pingere tentaret, is verum idolum constitueret: pingit tamen posse *ad historiam aliquam representandam*, aut *per analogiam*, prout apparuit. Sic & Patochus: *Quoad essentiam, effigiari nequit; quoad nostrum intelligendi modum, potest.* At sic & Ethnici Deos, Deasque suas pinxerant in forma, qua apparuerant; ad significandum certas eorum proprietates.

**R**ESPONDEO: Minister neutro quicquam vel apparenter cuiucit.

**A**D I. Idem asserimus ipsum.

**A**D II. Minor est impia, comparans Veri Dei vnus veras apparitiones, cum Gentilium Deorum fictis apparitionibus, aut diabolicis. Iraque in Deo Patre & S. Spiritu: effigando sequimur S. Scripturam, vsumque Ecclesiæ, iuxta nostrum intelligendi modum, phantasmata speculantem.

## II. An DEVS aliqua ratione effingi debeat? id est, an liceat?

**MINISTER** ex Caluino & Catechesi negat; & addit: *Ed impietatis in Papatu deuentum est, vt in multis locis, ad Vnitatem scil. in Trinitate magis exprimendam, (cum horrore hæc scribo, & intimo cordis iussu) depictum videas vnum hominem tribus faciebus, vel vnum cum duobus capitibus & in medio eorum columbam: Quasi Cerberum quandam tricipitem, vel lanam trifrontem conficias.*

Suadet 1. Quia secundo præcepto Deus principaliter verat, ne fiat vlla imago sui. Exo. 20. 23. *Deos autem & argenteos non facietis mecum.* id est, mihi, vel imagines, que Me representant. Quam interpretationem admittit Bell. l. 2. de imag. c. 8. Et ponit istud, Deut. 4. *Vocem verborum audisti, imaginem nullam vidisti. Obserua ergo teipsum, ne forte deceptus facias tibi vllam similitudinem.*

2. Sic etiam quidam Pontificii, test. Bellarmino: & Conc. vi. Generale, can. 82. Ipseque Bellarminus aperte

pete scribit: *Non esse tam certum in Ecclesia, An sint faciende imagines Dei, siue Trinitatis, quam Christi & Sanctorum. Hoc enim consentur omnes Catholici, & ad fidem pertinet: Illud, est de opinione.* Quin etiam ait, rem esse plenam periculi; nisi populus rectè instituat &c.

3. Peccant itaque Pontificii tripliciter contra Deum. 4. *Nefaciatis imaginem Mascule; vt Deum Patrem pingunt: 2. Nec similitudinem omnium Iumentorum: vt Dei filium pingunt in forma Agni: 3. Nec auium: vt pinguat in forma columbæ S. Spiritum. Rutilus committit eisdem quod Ethnici Rom. 1. Inmutant enim gloriam Dei in similitudinem, i. Corruptibilis hominis: vt Patrem: 2. Volucris: vt Sanctum Sp. 3. & quadrupedis animalis, vt Dei filium pingunt.*

RESPONDEO. Nisi nollet pertinacia Calviniana, forsàn haud difficilis hac in re foret conciliatio partium: Si quidem cæteri prædicantium cum Ministro facerent. Hic enim solidam cum distinctione irrefragabili responsionem Bellarmini in partem accipit suam. Et verò, (tua recipe verba) *Nos equidem accipimus tam liberalem & rotundam Confessionem; Sed ea in testimonium veritatis vti nolumus magis; quã Satanæ Dominus, cui imperabat, Mar. 1. Luc. 4. Obmutescite & exi de homine.*

AD I. Vetat Deus ne fiat vlla imago sui; scilicet, qua Dei: Quia, cum ea non possit secundum Essentiam Dei fieri; nec debet id vel cogitari, minus attentari. Veruntamen cum ipse seipsum ostenderit hominibus sub aliqua imagine; sub qua videri, audiri que voluit, absque idololatriæ periculo; quid obstat, quo minus apparitionis imago, ab ipso data DEO, pariter obseruetur? Et verò sic obseruata est semper, hodieque obseruatur à nobis; qui fingere & speculati meliora phantasmata nequimus, quam de sese elegerit Dominus.

Deinde, dicitur: *Neforte deceptus FACIAS tibi vllam similitudinem.* Tute ipse Tibi ne facias: hoc vetat. Verum similitudinem, quam Ipse fecit, ostenditque semel vni; & consignari in S. Scriptura voluit omnibus; neque frustra; Cur id voluit, nisi vt sciret, factum crederem, autorem que facti Deum sic apprehenderem; cum aliter ego non possim?

Adhæc; Minister S. Scripturæ est interuersor, sequens hæreticam Versionem: Legit, scribit, Deut. 4. *Deos aureos & argenteos non facietis ME-*

*CV M; Vulgata, probata habet, VOBIS. Et illic hoc Mecum interpretatur Mihi scilicet. Deo. Falso, verbo. Bellarminum tamen allegat testem verbotim, verè; ad sensum, falso. Quis sic id, Mecum, largitur magis, quam admittit; iuxta quod se explicat, quoad Naturam Dei; quæ effigiari nullatenus potest; neq; aliter debet, quam se ipsum Deus effigiuuit.*

AD II. Cum aperte profiteamur illud; nec de imaginibus Dei, sicut de Christi & Sanctorum, quicquam definierit Ecclesia; obseruet tamen vniuersaliter & constanter in praxi, vt dixi; quid igitur tricantur Calvinistæ? Quid? Ecce dolum: Plausibiliter docent Deum effigiari non posse, nec sui imagines ei statui veras vualsq; debere, aut posse; inde vero in Sanctorum ruunt imagines euertendas; vt magis, quã illas Dei, idololatrias. Autor doli Calvinus est *Institut. l. 1. cap. 11.*

AD III. Non igitur peccamus Pontificij tripliciter; vt nec vel simpliciter; sed pie sancteque agimus, quod Deum Patrem, vt Virum senio venerandum: Spiritum S. vt Columbam nobis representemus, à Deo sic data representatione. Christum verò vt hominem pingi, vt Agnum, vt Pastorem, Peregrinum, dormientem, Crucifixum. &c. rectè fit, ac debite: estque de Fide Christianis; qualiscunque etiam minister sit Christianus id negans: An simul & Christum? Certe, quantum in imagine sui colendum, adorandumque nos docemus esse Christum: tantum ipse negat. (Tua recipe verba:) *Eo impietatis deuentum est; vt, Dei; nec Christi tollerentur icones ab Calvinianis. Quo de protinus quaeritur:*

III. *An ipsas Imagines creaturarum liceat colere, aut honorare?*

MINISTER, eum Catechesi, ex Caluino, negat licere cultu religioso, seu Diuino, coli imagines creaturarum; speciatim Christi, & Sanctorum.

1. At Papistæ docent, ait apud Bell. l. 2. c. 21. §. 1. *quod Christi & Sanctorum imagines veneranda sunt, non solum per accidens, & improprie; sed etiam proprie; ita vt terminent venerationem, vt in se considerantur; & non solum, vt vicem gerunt exemplaris. Proinde falsum eorum effugium, quo imperitis illudunt, se colere Sanctos ipsos; non horum imagines.* 2. Docent, imagi-